

Maripetro, olim Baiuli nostri in Hermenia, de tacolinis <sup>M</sup> IIIVII,  
quos idem quondam Blaxius de suo expendit ibi in reparacione  
lobie, et Ecclesie nostrorum; nec eos morte preventus percepit  
vel habuit.  
[XV. 24, t.<sup>o</sup> ].

## 232.

1332, *Luglio 20.*

*Querela dei Veneziani contro gli Armeni.*

Capta. Quod elegantur tres Sapientes per Dominum, Consilia-  
rios et Capita qui examinent, provideant et consulant super facto-  
stivarum navigiorum disarmatorum, et mercationum, que ponun-  
tur de super cohoperta; de quibus imminet grave periculum et  
damnum. Et super factis et querelis nostris et nostrorum de novi-  
tati bus et gravaminibus factis in partibus Armenie, de quibus  
alias facti fuerunt Sapientes. Et de suo Consilio expediant se  
usque ad octo dies, cum quo erimus hic, et fiet sicut videbitur,  
et quilibet possit ponere partem super predictis.

Ser Petrus Barbadigo filius S. Thome.

Ser Petrus Maurocenus filius Ser Ludoyci.

Ser Jacomellus Cornario.

## 233.

1332, *Agosto 1.*

*Ordine di apprestar le galee d'Armenia per li 14 agosto.*

Capta. Quod sicut terminus de caricando galeas Armenie et  
Cypri, erat ad dies decem mensis presentis augusti, ita sit ad dies  
quatuordecim mensis presentis.  
[XV, 28 t<sup>o</sup> ].